



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 59. Cardinalis Arelatensis Oratio pro exauctorando Pontifice.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. LIX.

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.

*Cardinalis Arelatensis Oratio pro  
exauditorando Pontifice.*

Cum plures hac super re sententiam suam in hac Congregatione dixissent, tandem Arelatensis Cardinalis disputationis Præses, ac totius Concilii arbiter, atque moderator aliorum dicta summam repetebat, & de principali quæstionis capite disserebat, necnon eorum, qui Eugenii exauditorationem suspendendam putabant, argumenta confutare aggressus, non clamorius quam audacius in sumnum Pontificem, illosque, qui ei adhæabant, invehebatur. Æneas Sylvius Æn. Sylv. in  
Ful/cic. p. 22. existimat (\*). Hujus Cardinalis Oratio omnes

(\*) Hæc & plura alia Æneam Sylvium quondam de Basileensibus plenis buccis deprædicasse non inficiamus; verum Continuator vel una saltem vice annotare debuisset, eundem Auctorem in sua retractatione fassum fuisse, quod falsis calumniis per apertos schismaticos, rebelles Pseudo-theologos in Basileensi conciliabulo contra Eugenium conspirantes effusis deceptus fuerit, existimans, eos mentiri non posse, qui nesciret ipse mentiri. O-

Hist. Ecclesiast. Tom. XXVII. li ptan-

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.

omnes suspensos tenuit, quibusdam acris  
& felicis memoriae vim deprædicantibus,  
aliis illius eruditionem ad sydera exto-  
lentibus

ptandum foret, ut Continuator noster eadem  
fidelitate ex Sylvio descripsisset fraudes, vi-  
lentias, tumultus, probra & contentiones, que-  
rum ope Arelatensis cum suo Copistarum, Pa-  
dagagorumque grege velut alter Catilina, al-  
quem desperati, & perditæ omnes configurant  
impia sua consilia effectui dare conatus es-  
erat ubique clamor, inquit Sylvius, uliginosus  
strepitus, ubique jurgia effundebantur, nulli fu-  
festinatione loqui licuit, tantus exortus est cla-  
mor, quantus solet in præliis tubarum clangore,  
& equorum fremitus audiri, cum signis colla-  
tis duo invicem concurrunt exercitus. Hec &  
cetera Continuator tam ex Sylvio, quam ex illis  
Auctoribus Historiæ suæ inserere debuisset, ut  
inde factiosorum Basileensium indoles, & con-  
tra Eugenium attentatorum injustitia Letori  
patuisset, quæ Spondanus ex ipso Æneo Sy-  
vio expendens exclamat: Nonne ista sunt pro-  
clare sancteque in Spiritu Sancto conclusa! O  
propudium! o colluviem! nisi ipsemet Æneum  
coitionis ejusmodi manceps, hæc adeo virulenta  
fraudulenta, violenta descripsisset, quis crederet  
potuisset? aut quis sanctæ mentis res sic gestas  
credens, eas a Spiritu Sancto processisse sibi per-  
suadere valeat? Attamen longe diversa erant  
Conti-

lentibus. Verum Catalani probe intelli- Sæcul. XV.  
gentes, omnia Præsidis verba unice eo A. C. 1439.  
collimare, ut nullæ induciæ concederen-  
tur,

Continuatoris studia, hinc ex Auctori bus (quorum verba non raro in alienum sensum detor-  
quet) ea, quæ summo Pontifici favent, missa  
facit, affectata nimis sollicitudine, quæ quo-  
cunque modo Papæ auctoritatem deprimere.  
Basileenses extollere credebat, corradere, &  
exaggerare conatur. Panormitanus, ubi Pa-  
pam Synodo subjicit, apud nostrum Continua-  
torem in præfatione ad tomum XXV. solidissimo  
omnia probat, & objecta invicte confutat, dum  
vero Basileensium ausus reprobat, nonnisi ver-  
bosus declamator audit, §. LVIII. qui clamoribus  
ruinam Ecclesiæ præcavere necessarium  
duxit (NB. Æneas Sylvius inquit Panormi-  
tanum altissime clamasse, *quia plane & morate*  
*loquens exaudiebatur nemo.*) Jam Episcopum  
Burgensem, dum synodalem auctoritatem Pon-  
tificiæ præfert, divina prorsus eloquentia dis-  
serentem jactat, mox causam Papæ defenden-  
tem, quasi ex prodigio, elinquem fingit. §.  
LVII. Jam Ludovicum Protonotarium, qui  
tamen cum Panormitano Eugenium tuebatur,  
Basilea discessisse narrat §. LVIII. ne contra  
conscientiæ stimulum Pontifici favere cogere-  
tur. Hæc & sexcenta alia infidelitatis, livi-  
ris, & intolerabilis partium studii exempla  
passim occurunt, quibus condigna censura per-

I i 2      stringen-

**Secul. XV.** tur, ante omnem aliam deliberationem  
**A. C. 1439.** Panormitani Episcopi protestationem alia  
 voce perlegi postularunt. Quæ res non  
 tumultus caussa fuit, & a verborum riu-  
 atque vociferationibus tandem ad convi-  
 tia, atque querelas deuentum.

## §. LX.

*Conventus per Papæ Fautores tur-  
 batus.*

Tum Patriarcha Aquilejensis Orationem  
 ad Panormitanum convertit; hio-  
 ro sibi in Synodo dicendi libertatem eti-  
 pi exclamabat, & suos adhortabatur.  
 Concilium desererent, eo quod Patriarcha  
 se eorum cervices fracturum comminatio-  
 esset. Enimvero Patriarcha in hasce  
 nas temere effusus est. Nec credite, in-  
 quiebat, *rem sic abire, Germanorum*  

*En. Sylv. de tis mores: nempe si sic proceditur, neq-*  
*uest. Conc. p. 28. in Fascic.* *quam fas erit integris hanc provinciam exi-*  
*re capitibus. Quapropter Joannes Co-*

stringendis supersedemus, tum, ne tedium le-  
 ctori pariatur, tum quia cuncta adversus Ec-  
 genium a Basileensibus attentata ab aliis Ec-  
 toribus in omni Historia longe versatissimi-  
 satis superque confutata leguntur, & commu-  
 ni omnium calculo tanquam a seditionis, scio-  
 maticis & acephalis nonnullis Sacerdotibus in  
 hoc conciliabulo consarcinata rejiciuntur.